Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



thesu mater eius & soror matris eius
maria cleophe & maria magdalene
Cum uidisset ergo thesus matrem
et discipulum stantem quem diligebat
dicit mam sue. Mulier ecce filius tu⁹
Deinde dicit discipulo. Ecce mater
tua. Et ex illa hora. accepit eam dis
cipulus in suam. Postea sciens the
sus quia iam omnia consummata sunt
ut consummaretur scriptura dicit. Sitio
Vas ergo positum erat aceto plenum
Illi aũt spongiam plenam aceto ysso
po circumponentes obtulerunt ori
eius. Cum ergo accepisset thesus a
cetum dixit. Consummatum ẽ. Et
inclinato capite tradidit spiritũ. Iu
dei ergo quoniam parasceue erat ut
nõ remanerent in cruce corpora in die
sabbati. Erat enĩ magnus dies ille
sabbati. rogauit pylatum ut frãge
rentur eorum crura & tolleretur. Ve
nerunt ergo milites & primi fregerũt
crura. et alterius qui crucifixus est cũ
eo. Ad thesum aũt cum uenissent ut
uiderunt eum iam mortuũ nõ fregerunt
eius crura. sed unus militum
lancea latus eius aperuit & continuo
exiuit sanguis et aqua. Et qui uidit
testimonium phibuit & uerum ẽ testi
mõnium eius. Et ille scit quia uera
dicit. ut et uos credatis. facta sunt
enĩ hec ut scriptura impleretur. Os
nõ comminuetis ex eo. Et iterũ alia
scriptura dicit. Videbunt in quem
transfixerunt. Post hec autem
rogauit pylatum ioseph ab arima
thia eo quod esset discipulus the
su. occultus aũt propter metũ iudeorũ
ut tolleret corpus thesu. Et per
mit pylatus. Venit ergo et tulit
corpus thesu. Venit aũt & nicho
demus qui uenerat ad thesum
nocte primũ ferens mixturam
murre. et aloes quasi libras cent⁹
Acceperunt ergo corpus thesu et
ligauerunt eum linteis cum aro
matibus sicut mos est iudeis sepe
lire. Erat aũt in loco ubi crucifix⁹
est thesus. ortus et in orto monu
mentum nouum. in quo nondum
quisquã positus fuerat. Ibi ergo pp
parasceuen iudeorum. quia iuxta erat
monumẽtum posuerũt thesum.

XX

Una autem
sabbati. Maria magdalene
uenit mane cum adhuc te
nebre essent ad monumẽtum. et
uidit lapidem sublatum a monu
mento. Currit ergo et uenit ad
symonem petrum & ad alium dis
cipulum quem amabat thesus &
dicit eis. Tulerunt dñm meum
de monumẽto. et nescio ubi posue
runt eum. Exiit ergo petrus et
ille alius discipulus. & uenerunt
ad monumẽtum. Currebant aũt
duo simul. & ille alius discipulus
precucurrit citius petro. & uenit
prior ad monumẽtum. Et cum se
inclinasset uidit posita linteami
na nõ tamen introiuit. Venit ergo
symon petrus sequens eum. & in
troiuit in monumẽtum et uidit
linteamina posita et sudarium
quod fuerat sup capud eius non
cum linteaminibus positum sed